



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Vita Venerabilis Arnesti, (vulgò Ernesti) Primi Archiepiscopi Pragensis**

**Balbín, Bohuslav**

**Pragæ, 1664**

Adducuntur quædam Venerabilis Arnesti sententiæ, ex quibus  
perfectissima, & cœlestia mediandi ratio, quam tenebat, apparet. Caput  
IV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42763**

habat; cum otiosus staret, praliabatur. Adeo otiosus, ut manus ejus alij sustinerent, nec minus quam cateri negotiosus, qui otiosis manibus expugnabat hostem, quem non poterant vincere, qui dimittabant. Nimirum, non perditur, quod Deo donatur, felicemq; illam Arnesti Orationem fuisse, felix Reipublicæ, Regni, & Pragensis Ecclesiæ status ostendit.

Adducuntur quædam VENERABILIS ARNESTI sententiæ, ex quibus perfectissima, & coelestia meditando ratio, quam tenebat, apparet.

## CAPUT IV.

**B**eatissimam DEI Matrem, dum JESVUM in cunas componit, loquentem alicubi induxit: *Scriptum est: MARIA conservabat omnia verba hac conferens in corde suo, dicens: nonne iste est, qui ponendus est in signum, cui contradicetur? nonne ista sunt manus, isti pedes, de quibus scriptum est: Psa. 116. foderunt manus meas, & pedes meos? nonne istud est pectus, de quo dicitur: ferrum pertransiit animam ejus, & ideo viderunt, in quem transfixerunt? Fili, dulcor unice! singulare gaudium, quid hoc audio de te? quis mihi det, ut ego moriar pro te Fili mi IESU? IESU Fili mi? &c.* Idem propè alijs verbis Capite 100. expressit. O quam Beati amplexus, &c.

Quanto verò affectu Orationis necessè fuit illa concipi & scribi! O bone IESU! pyssime & dulcissime, qui solus nosti unguenta sanitatis, & pigmenta suavitatis perfectè conficere, si tibi placet ad hos centum & quinquaginta atomos (sic appellat 150. Libri Capita)

V v 2

quos.

quos habemus in manibus, manum apponere, & in tenuissimum pul-  
verem universa redigere ad laudem & gloriam gloriosissime *Matris*  
Tuae? confido in te Domine, quod pulvis iste de laudibus *Virginis*  
multum adhuc fieri poterit efficax ad sanitatem animae languentis, &  
sanitatem te amantis. Vide in his singularem quandam cum Di-  
vina Majestate familiaritatem!

al. suavitatem  
te amantis.

C. 59.

Amos, 9.

Orationem nocturnam, DEI Matris exemplo, didicisse vi-  
detur *Arnestus*, de qua sic loquitur: In omnibus plateis seu affe-  
ctibus *Beatae Virginis* erat planctus. Hoc erat in tempore, quando  
consurgebat in nocte, in principio vigiliarum, & levabat manus suas  
ad Dominum pro animabus parvulorum suorum, qui deficiebant,  
quando vulnerati per peccatum primi hominis in plateis Civitatis, &  
fame peribant in capite omnium platearum.

C. 78.

Vulnera *Jesu Crucifixi* aliter in *Arnesti* animum descende-  
runt; legantur ea, quae in illud *Jerem. 48.* scripsit: Estote quasi  
columba nidificans in summo ore foraminis. Huc etiam illud, de

E. 20.

*Matre DEI* sub *Cruce* stante, pertinet: Fuit *JESVS* Rex noster  
pauper in ingressu, pauperior in progressu, pauperrimus in egressu;  
tunc enim nudatus ope & opibus, vestibus & amicis, nihil habebat  
omnino, praeter oviculam unam, id est, dilectam *Matrem* suam, &c.  
pulcherrima sunt quae sequuntur, sed nè cui tadium pariam,  
omitto.

## Præstantissimus Modus, Co- ronam DEI Matris orandi, à VEN. *Arnesto* traditus.

### CAPUT V.

E. 757.

**D**Escribam *Præsulis Optimi* verba, cum eorum claritatem  
& efficaciam exprimere ipse non possim. Nos, ait *VEN.*  
*Arnestus*, cum muliercula illa (qua dixit: *Beatus ven-*  
*ser*